Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Deus omnipotentē fīs dilectissimi uotis exultantib⁹ deprecemur: ut qui pomnē mundū fidē sparsit & eccl̄am congregauit. qui & lapis excisus demonte sine manib⁹ angularē ẽpagem soludauit hanc petrā serenus illustret. eamq; eterno lumine irrigatā tā multiplicib⁹ ac diuersis carismatib⁹ locupletet. ut sup illā administrandā corpis sui hostiā benedicat & suscipiat consecratā. Qui cū dō

Exaudi nos deus noster & p̄cum nostrar libent accipe uota. & hoc altare adcelebranda diuina mysteria p̄paratū odore unguenti celestis asperge. & aromata illi diuine sanctificationis infunde. & sicut lapidem iacob patriarche erectum unguenti pfusione dedicasti. & angelicis uisionib⁹ pscalam gradib⁹ ecclesie figurasti. sic sup hunc quoq; lapidem altari coaptandū. celestis gracia benedictionis immitte. ut dum t̄ sup eum sacri corporis & sanguinis unguenta tui mysteria consecrant̄. petentib⁹ peccata delentur: merentib⁹ influat gracia sempiterna. P. Et accipiens tabulam aspergat aqua benedicta addens odorem incensi & confirmat eā cum crismate inmodum crucis ita dicens.

In nomine patris & filii & spiritus sancti. Pax tecum. Et cum spū tuo.